

(4) Ereptio ex iisdem soli committenda Deo, qui liberabit tempestivè, sapienter, salubriter; sub ea tamen conditione, ut invocemus.

USUS E VERSU XIX.

(1) Contritio cordis, tanquam pars prima penitentiae, summè necessaria. L. de Pœnitentia.

(2) Dei propinquitas involvit gratiam auxiliumq;. A respiciente filio non procul absunt paterna brachia: Luc. XV, 20.

(3) Salus non contingit propter contritionis intentionem, sed contritis; sicut sanitas per medium non restituitur propter morbi vehementiam, sed vehementer laborantibus: Matth. IX, 12. contra Papp.

USUS E VERSU XX.

(1) Mala pœna seu castigationes probationesq; omnis generis subinde exercent Justos. L. de Cruce 2. Tim. III, 12.

(2) Ex hujusmodi infortuniis malè infertur hominis injustitia: ceu liber Jobi docet. Confer tamen Psal. XXXII, 10. i. Pet. IV, 15. Sirac. XL, 8. Prov. XI, 32.

(3) Ereptio speranda infallibiliter, nisi citius, certò per placidam ἀνάσσειν.

PSALMI XXXV. DISPOSITIO.

Defensor innocentium. Deus pugnat pro suis. Defende ab osoribus.

PRecatio hîc continetur serîa contra injustos adversarios, adeoq; David petit

I. Defensionem, sub schemate tum Advocati; *litiga cum litigatoribus meis*, tum bellatoris, *pugna &c.* v. 1. Ad posteriorem hanc comparationem pertinet (1) *clypeus scutumque*, v. 2. (2) *surrectio ad auxilium*: ibid. (3) *hasta*, v. 3. (4) *circumvallatio*, ibid. (5) *diserta auxilii promissio*: ibid.

II. Hostium confusionem: (a) *erubescant*: v. 4. (b) *ignominia afficiantur*, (c) *retrosum agantur*: (d) *confundantur*: ibid. (e) *instar plumæ dispellantur*: v. 5. (f) *ab angelo ejiciantur*: ibid. & 6. (g) *via ipsorum sit caliginosa atque lubrica*: v. 6. Inferitur ratio: *insidiantur mihi subdole*: v. 7. Pergit imprecatio: (h) *vastatio incautos obruat*, v. 8. (i) *reti capiantur proprio*: ibid. (k) *incidant in foveam*: ibid.

III. Hilarem in DEO triumphum: (1) *anima mea gaudeat in Domino salvante*: v. 9. (2) *ossa mea omnia deprædicent Dei tum incomparabilem majestatem, tum miseri ereptionem à potentiore*: v. 10. Qui ipsi adversarii potentiores describuntur porro tanquam (α) *hostes falsi*: v. 11. (β) *accusatores ini-*

USUS E VERSU XXI.

(1) Custodiuntur à Deo piorum ossa, imò capilli: Matth. X, 30. Luc. XXI, 18. *Fit hoc tam illis viventibus, quam post beatam mortem.* Conf. Apoc. XIV, 13. Cohel. XII, 7. 14.

(2) Ossifragia non contingunt fortuitò, sed permittente Domino, inq; piorum commodum cuncta dirigente.

USUS E VERSU XXII.

(1) Infortunium, quo justî exercentur, (v. 20.) mortem infert impiis: conf. Rom. VIII, 28.

(2) Odium proximi in se illicitum, quantò magis, si feratur in Justum? vid. V. præcept.

(3) *Et culpam & pœnam sentient Osos infallibiliter.*

USUS E VERSU XXIII.

(1) Anima fervorum Dei redempta est per Christum, redemptioneq; illa fruetur in æternum. vid. L. de Christo redemptore, ad gratiam & ad gloriam.

(2) Servus esto non Satana, mundi carnisque, sed Dei: Rom. VI, 19. &c.

(3) *De Fiducia in Deum I. præcept.*

(4) *Pii non lunt; luit enim Christus ipsorum loco*: Rom. VIII, 1.

qui, ibid. (γ) omnium ingratiissimi: *malum loco boni rependentes*: v. 12. *orbitatem inferentes*: ibid. cum tamen ego animitus compassus fuerim iisdem, intercesserim, familiaritatem sinceram coluerim: v. 13. 14. Ingenuitati huic opponitur tum *ἄρχαίερα* v. 15. tum hostilis contra ignarum conspiratio, tum aperta injuriarum illatio: *ibid.* tum scurrilis exagitatio: v. 6.

IV. Judicii divini exercitium: ubi (1) divina inspiratio: v. 17. (2) animæ periclitantis salvatio: *ibid.* (3) laudis divinæ promotio: quis, quid, quem, ubi, &c. v. 18. (4) insultationum hostilium abruptio: v. 19. Qui ipsi hostes describuntur porro tanquam (a) pacis osos: *non loquuntur pacem*: v. 20. (b) subdoli quietorum turbatores: *ibid.* (c) acerbis piorum illutores, v. 21. Sequitur in judicio desiderato (5) severa hostium increpatio: *vidisti ipsemet Domine, ne sileas!* v. 22. (6) Davidis deserti protectio: *ne à me elongeris*, *ibid.* (7) *ad judicium evigilatio*, sive ejusdem citior maturatio: v. 23. 24. ratio: *ne insultent mihi hostes* sarcasticè: v. 24. 25. (8) adversantium confusio: v. 26. (9) gaudii laudumque divinarum promotio: v. 27. 28.

PSALMUS XXXV.

EXPLICATIO VERSUS I.

לִּיגָה Litiga:) h. e. instar justî judicis aut fidelis patroni fuscipe causam meam, atque me, injuste ab hostibus oppressum & miserè à cunctis amicis desertum, in tuam recipe tutelam; esto mihi tanquam advocatus pauperum, qui

causam agit ejus, cui aliàs ob defectum patrocinii pereundum esset in causa etiam justissima. Similis metaphora è judiciis forensibus petita Jer. L, 33. 34. hostis retinet filios Israël captivos, noluitq; dimittere, sed Jeh. **לִּיגָה אֶת־רִיבִי** Psal. CXIX, 154. **רִיבָה לִּיגָה** & libera me. sic Psal. XLIII, 1.